



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS  
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione  
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque  
humanae uitae specu//la**

**Dionysius <der Kartäuser>**  
**Coloniae, 1540**

Quod prælatus accusandus & damnandus est pro delictis subditorum,  
quos male regit. Cap. VII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55481)

interpretatio, ut uicum intelligatur quod honeste si  
tri potest & religione incolumi.

Quod prælatus accusandus est damnandus  
est pro delictis subditorum, quos  
male regit.

C A P . VII.

**Q** UALE uere illud arbitramur, quod redde  
re causas prælatus cogitur pro omnibus q̄s  
gubernat, cum certe non uerecundiæ solius, sed æter-  
ni cruciatus est pœna metuēda. Ideo enim dictum est. *Hebr. 3.*  
Obedite præpositis uestris & subiacete q̄is, ipsi enim ui-  
gilant quasi pro animabus uestris rationem redditu-  
ri. Consideremus quid dicit. Rationem, inquit, reddi-  
turi. Quod licet iam dixerim tamen nec nunc taceo.  
Metus quippe ac timor istius cōminicationis animum  
meum iugiter quatit. Nam si ei qui unum scandalisa-  
uerit & minimum, expedit ut mola asinaria suspenda  
tur in collo & demergatur in mare, & omnes qui in  
conscientia fratrum peccant, in Christum delinquunt,  
illos qui non solum unum, neq; duos, neq; tres: sed tam  
tam multitudinem perdunt, quale iudicium arbitra-  
ris accipere! Neq; enim imperitiam causari poterunt,  
neq; ad ignorantiam conuolare, neq; necessitatem ap-  
ponere de aliorum coactu, sed citius puto aliquem lai-  
corum qui geennę pro peccatis suis probatur obnoxii  
us, hoc adiunandum esse suffragio, quam prælatum cū  
acusatur pro aliorum delictis. Quamobrem? Quoniam  
quis qui fuerat constitutus, ut ignorantias emenda-  
ret aliorum & diaboli denunciarer insidias, ignoran-

## S P E C V L V M

tias emendaret aliorum, & diaboli denunciaret insidi-  
as, ignorantia se defendere non ualebit, neque dicere:  
Non audiui tubam, nec præsciu*i*pugnam futuram. In  
**Ezech.** hoc quippe est constitutus prælatus sicut Ezechiel, di-  
cit: ut etiam clamore sermonis sui instituat & denun-  
ciet asperum bellum. Propter hoc nullum habebit in  
excusatione suffragium, etiam si unus aliquis desidia  
eius erit interemptus: Si, inquit, ueniente gladio non  
insonuerit tuba neque significauerit speculator, et ueni-  
ens gladius acceperit animam, illa quide mortua est  
propter iniquitates suas, sanguinem autem eius de  
manu speculatoris requiram. Dicime ergo nos impel-  
Prælatorum lere in iudicium inuitabile. Neque enim nobis de gu-  
officium, non beanatione militum, neque pro regno terreno deliberâ-  
de seculari- dum est sed pro officio quod uirtutem exigit angelo-  
bus, sed caele rum. Ipsi itaque radijs solis splendidiorem oportet ex-  
stibus esse so*lo* istere animam prælati, ut nunquā a spiritu sancto de-  
licitum.

seratur, sed ut possit dicere: Viuo autem iam non ego,  
uiuit uero in me Christus. Si enim habitatores eremi,  
qui & ciuitatibus & fori tumultibus liberantur atque  
iugiter in portu quodam & tranquillitate consistunt,  
non tamen protinus aut habitationis aut abstinentiae  
suæ felicitate confidunt, sed multas alias res ad custo-  
diam sibi comparant magna consideratione & dicen-  
tes aliquid & agentes, ut cum fiducia et sinceritate mu  
dissima, quantum cap*it* humana uirtus, accedere ad de-  
um possint, inquantum opus esse uehementia  
prælati arbitraris, ut ab omni inquinâ-  
mento animum suum uendicans  
spiritualem possit custo-  
dire decorum.

Speculi prælatorum finis.

Prose